Morbio 19 (3)

In nomine domini Anno a nativitate eiusdem millesimo Trecentesimo primo die sabati vigesimo nono die Januarii Indictione quartadecima promiserunt et guadiam dederunt ita
obligando se et omnia sua bona pignori ita quod quilibet eorum in solidum teneantur et conveniri possit de toto cum effectu Renuntiantes beneficio nove constitutionis que cavet quod neque
ex reis conveniatur in solidum si alter fuerit presens et solvendo et auxilio epistole divi adriani et omnibus aliis iuribus quibus se tueri posset ullomodo ut iure Obizo et Albertus et Jacobus
et Primus fratres filii quondam Jacobi de Pagallo qui nunc habitant in loco Comodrone Bizardo de Osenago Civitatis Mediolani porte orientalis quod dabunt et solvent eidem Bizardo hinc ad diem
crastinum proximum libras nonaginta novem tertiolorum monete nove ambroxinorum novorum Mediolani nunc currentium cum omnibus expensis que fient ~~et paterent~~ dampnis et interesse que paterent
pro ipsis denariis exigendis et mutuandis post terminum et cum expensis que fient pro ipsis expensis et dampnis et interesse petendis et exigendis quos denarios predicti fratres confessi fuerunt
se eidem Bizardo ~~dar~~ dare debere pretio duorum boum unus quorum est blancus cum cornibus capolis, alius est rubeus cum cornibus voltis in ana(?) et unius carri ferrati et erpicum
et aratorum et massarum et sapparum et badilorum et aliorum utensilium que operantur ad laboreriam terrarum et cum quibus ipsi fratres debent laborare terras illi Bizardi et pro sementibus et fictis
preteritis et pro denariis datis pro omnibus amaneggiis et rachis Et Renuntiaverunt exceptioni non datarum et receptarum rerum et non debendorum denariorum omnique probationi in contrarium
De quibus bobus et aliis rebus predictus Bizardus dominium et possessionem in se retinuit donec plenarie solutus fuerit de predictis omnibus Et si horum etatem agi contingerit
predicti debitores ex certa sua scientia et pactum speciale Renuntiaverunt omnibus feriis solempnibus ordinariis et repentinis et causis collocatis et collocandis et omnibus
in Edictis causarum et statutis et consiliis factis et ~~fien~~ faciendis ad predicta omnia consequenda Ita quod ubique omni die et tempore sub quolibet iudice et consule possit se
et sua bona conveniri et quod non possit dare nec compensare eidem Bizardo ~~car~~ cartas nec notas debiti Communis Mediolani factas vel faciendas nec aliam rem in solutione pro
predictis vel aliquo predictorum nisi solomodo pecuniam numeratam etiam si per Commune Mediolani vel per aliquam personam inde virtutem habentem ordinaretur contrarium vel ordi
natum reperiretur et quod non possit dicere pacto non posse peti de quo cogitatum non docet Et constituerunt predicti fratres debitores se omnia sua bona possidere nomine predicti cre
ditoris et pro eo Ita quod liceat eidem creditori sua propria auctoritate sine aliquo banno(?) et bando et sine aliqua possessione tediali et corporali et alia conventione
etiam sine iussu vel precepto alicuius ~~iudic~~ iudicis et domini robert. savire(?) contestari ingredi possessionem accipere et tenere vendere et alienare [illegible] et in solutum retinere
ubicumque invenerit de bonis rebus predictorum debitorum et cuiuslibet eorum et eas et quelibet eorum capere et detinere usque ad completam solutionem et satisfactionem predictorum
omnium Actum in burgo porte horientalis Civitatis Mediolani pro notario affuit Jacobus Cigada filius quondam Lanzelmi porte hor.
Interfuerunt testes Albertolus filius quondam Peconradi(?) magni porte hor. notarius et dixit et Beltraminus filius Lanzelmi Cigade et Ardighinus filius
Leonis Bilie Civitatis Mediolani porte hor.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Ego Ambr. fil. quondam Jachi(?) Sachelle [illegible] de burgo porte orientalis notarius tradidi et ss.

Ego Johannes filius quondam Jacobi Formagie Civitatis Mediolani porte Romane notarius iussu suprascripti notarii scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1817232924-10
DFG

oblig° fca p Obizu frēs fi Jacobi de pagallo de S. Comodiono
Albtu Bizardo de Organo p Dor de Cto leppadum
Jacobu
Symu

1301. 29. Januar

Pagallo

Orgadi